

4614.

1350 Sept. 1.

Margareta, Gunnars enka, testamenterar till åtskilliga kyrkor, kloster och personer jordegendom, penningar m. m. och förordnar om uppgörelse af sin skuld till brodern Nils Udsson.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark. sign. J. 6 f. 269.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Margareta, quondam Gunnari relicta, licet corpore debilis, attendens, quod cuncta, que in hoc mundo sunt, vanitati subiacent et ad suam tendent[ $\varnothing$ : -dunt] originem naturaliter vniuersa, nam [ $\varnothing$ : nisi?] ea que in pietatis opera misericorditer eregentur [ $\varnothing$ : erogentur]: idcirco bona mea temporalia mihi ab ipsa creatione [ $\varnothing$ : ipso creatore] collata commutata cupiens in eterna, testamentum meum ordine[ $\varnothing$ : -no] in hunc modum: pro lege [ $\varnothing$ : primo lego] et confero bona mea in Knäuatorp cum omnibus suis adiacenciis pro animabus Petri Jonssons, Gunarii[ $\varnothing$ : -ri] Germulsson necnon et mea filieque mee Ingridis ecclesie in Bolmssø condonasse(!), ita tamen quod ad diem iudicii misse annuatim pro prenominatis necnon pro defunctis celebrarentur. Item ecclesie in Bolmssø 3 marchas denariorum, item ecclesie ibidem vnum annulle [ $\varnothing$ : annulum] ad 1 calicem. Item ecclesie in Tanakir 1 marcham denariorum, Tortham [ $\varnothing$ : curato] ibidem similiter. Item ecclesie in Byrgum [ $\varnothing$ : Byarum] 1 marcham, curato ibidem 1 marcham. Item ecclesie in Femsrydh 1 marcham, curatoque ibidem tantum. Item curato in Fargarydh duas marchas. Item ecclesie in Langarydh 1 marcham, curato ibidem tantum. Item curato in Wndharydh 1 marcham. Item domino Karolo Gusa 1 marcham. Item domino Sunoni in Timultorp [ $\varnothing$ : Kultorp] 11 marchas. Item curato in Thyrscharge [ $\varnothing$ : Torskenge] 1 marcham. Item domino Johanni longo, presbitero in Watahult, 1 marcham. Item curato in Hanger 1 marcham, curato in Danness 1 marcham. Item fratribus in Halmstadum d[imidi]am marcham. Item fratribus Junocopiæ d[imidi]am marcham. Item in prenominato testamento me[o] xx marchas recognosco esse Nicholai[ $\varnothing$ : -ao] Udsson, fratri meo, obligatas, pro quibus quidem marchis et prenominato testamento bona mea in Colahult cum omnibus pertinentiis suis a me et meis heredibus in ipsum et suos heredes jure perpetuo defero possidenda. In cuius rei euidenciam sigilla virorum discretorum, videlicet domini Wæmundi, canonici ecclesie Lincopensis, Erici Mag[ $\varnothing$ : -gni?], Nicholai, fratris mei, Erici Nichlason vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Scriptum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>l<sup>o</sup> die sancti Egidii abbatis.

Enligt ritningen ha fyra sigill varit påsatta.

4615.

1350 Sept. 7.

Ragnild Hinzadotter gifver i testamente till Skokloster  $\frac{1}{2}$  markland i Hökista i Baldinsta (Balingsta) socken, samt till abbedissan och flera namngifna personer penningar eller lösegendom.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

In nomine Domini amen. Ego Ragnildis Hinzadottir, licet corpore debilis, mente tamen et racione sana, volens salutis anime mee salubriter prouidere,